

Prolo. in li. Machabe.

Incipit prologus in libros Machabeorum.

Machabeorum libri duo sunt. Antequam exponamus prologum prelibemus quedam antecedentia que necessaria iudicamus. Et primo notandum

quod libri machabeorum non sunt de canone. leguntur tamen in ecclesijs per constitutionem romane ecclesie. Item due epistole rabani: quarum una scribitur lu domico regi francorum et altera beroldo archidiacono nunc in biblia sunt scribende: nec prologi sunt dicende: quoniam occasione non nulli sicerrant. ut libros istos credant a rabano fuisse translatos: cum ipse non transfulerit: sed

Incipit prologus beati Hieronymi presbyteri in libros machabeorum.

Machabeorum libri duo prenotant prelia inter hebreorum duces gentemque persarum: pugnamque sabbatorum: et nobiles machabei ducis triumphos ex cuius nomine et libri iudei sunt nuncupati. Nec quod hy-

est fuerit commentatus. De his duobus libris dicit Hieronymus in prologo galeato. Machabeorum prelia hebraice reperi: secundum grecum est: quod ex ipsa phrasi probari potest. Item nullam video in dictis epistolis difficultatem nisi quod aliqui dubitant de significatione huius nominis vangionum. sunt autem vangiones populi quidam de quibus dicit lucanus in primo. Et qui de latinis imitantur sarmata braci: vangiones batani: quod truces sunt. His visis ad prologum accedam. Divisio istius prologi discurre per continentiam et contentam: et primo tangitur de continentibus. scilicet de duobus libris Machabeorum: secundo de continentibus. scilicet de diversitatibus preliorum. ibi prenotant prelia. Item in prima parte primo ponit hieronymus operis titulum cum dicit. Machabeorum libri: secundo ponit distinctionem librorum vel numerum: cum dicit. Duo. In parte secunda tangitur contenta sub triplici differentia: quedam enim dicuntur de maioribus principaliter: quedam de omnibus communiter: quedam de aliquibus singulariter. Principaliter de maioribus recitantur ducum prelia: ibi prenotant prelia. et inde tropheia: ibi. Et nobiles machabei ducis triumphos: et eius preeminentia. ibi. Et cuius nomine. Communiter de omnibus recitatur sabbatorum pugna. ibi. Pugnam quoque sabbatorum. unde primo Machabeorum. ii. dicitur. Dixit vir proximo suo. Ecce communitas omnium. et sequitur ibidem. Omnis homo quicumque venerit aduersus nos in bello die sabbatorum pugnemus aduersus eum. Singulariter de aliquibus recitantur septem fratrum martyrum gesta: et eorum matris constantia. ibi. De quoque bystoria. Dicit igitur hieronymus. a Machabeorum libri duo. Nota quod in bystoria scribitur quod in secundo libro Machabeorum non est bystorie persecutio sed persecute recapitulatio: est enim epistola quam scribit iudas machabeus et senatus iudeorum hierosolyme dispersioni iudeorum que exulabat in diversis regionibus orientis. Rabanus magis lucidat veritatem super principium secundi libri. dicit enim quod secundus liber diversam habet a prioris narratione sed tamen bystorie non destruit veritatem que licet multa prioris contineat testimonia tamen plura inserit que non in illo inveniuntur. b Hebreorum duces. scilicet Matathian. de quo secundo Machab. i. et Symonem: de quo habetur eodem. g.

et iudam machabeum: de quo primo Machab. ii. et in pluribus sequentibus capitulis: et ionathan: de quo. j. Machab. ix. c Gentemque persarum. Isidorus in. ix. et hmo. dicit quod perse a Perso rege vocati sunt: qui e grecia asiam transierunt: ibi barbaras gentes graui diuturnoque bello pdomu-

istoria continet etiam inclita illa gesta machabeorum fratrum: qui sub antiocho rege per sacris legibus diratorum menta perpeffi sunt. Quos mater pia dum diversis supplicijs vrgerent: non solum non fleuit: sed et gaudes horatabat ad gloria passionis.

Explicit prologus.

et nouissime victor nomen subiecte genti dedit. Idem. xiiij. Media et perfida a regibus medo et perso cognominata est: ex quibus media ab occasu transuersa perbia regna amplectitur: a septentrione armenia circumdatur: ab ortu caspios videt a meridie persidam: perfida autem tendens ab ortu vsque ad indos ab occasu rubrum mare habet: ab aquilone vero mediam tangit: ab austro armeniam que perfide annectitur. De preliis ducum habetur in multis locis: de matathia et suis dicitur primo Machabeorum. ii. Collegunt exercitum et percusserunt peccatores in ira sua. Item de iuda et suis dicitur. j. Machabeorum. iiij. Preliabantur prelia israel cum leticia. et ibidem sequitur. Quomodo iudas iuit obuiam Apollonio: et percussit et occidit eum. et multa alia exempla patent. d Nobiles triumphos. quia cum paucis deuicit multos et fortes primo Machabeorum. iiij. Quomodo poterimus pauci pugnare aduersus multitudinem tantam tam fortem. Et sequitur ibi. Insiluit in eos subito: et stritus est seron et exercitus ipsius in conspectu eius. Item eodem quarto. At iudas viris qui secum erant. Ne timueritis multitudinem eorum: et impetunt eorum ne formidetis. et sequitur. Congressi sunt et strite sunt gentes et fugerunt in campum. Item in eodem commiserunt prelium: et ceciderunt de exercitu lysie quingenti milia virorum. e Machabei ducis. i. iude: de quo dicitur primo Machabeorum. ii. a. Surrexit iudas qui vocabatur machabeus. Interpretatur autem machabeus proteges vel protectio: et de ipso dicitur. j. Machabeorum. iiij. quod protegebat castra gladio suo. Et ab isto machabeo denominantur libri machabeorum: in quo notatur eius preeminentia: unde sequitur. Ex cuius nomine libri iudei nuncupati sunt. f Gesta machabeorum fratrum. de quibus legitur. Machabeorum. viij. contingit. viij. fratres unacum matre apprehesos compelli a rege edere contra prebas carnes porcinas. Item in quodam prologo qui in quibusdam biblijs inuenitur: et incipit. Machabeorum libri duo sunt. Machabei septem fratres ab una matre machabea nomine genti custodientes legem patris traditionem non manducantes carnem porcinam: ob hoc ab antiocho rege seuisimo in antiochia martyri gloria coronati sunt cum matre sua: atque sepulti cum magna veneratione ibi requiescunt. De eorum supplicijs et de constantia matris legitur. ij. Machabeorum. viij.

Explicit expositio istius prologi.


Rachabeoz

Hostilla Nicolai de lyra super libros Machabeoz
incipit.

Factum est. Post hystoriam Iudith quæ
ad hystorias in sacra scriptura non præsentas se
quitur hystoria in libro machabeoz descripta
ratione dicta in principio libri Tobie: licet
magnum tempus contigerit postea. Nam by
storia libri Iudith contigit tempore cambisis filij
Ciri in communẽ expositionẽ doctorum nostrorum quam secutus
sum exponendo librum illum. Hystoria vero machabeoz
origo tempore antiochi epiphanis regis syrie: ut patet in
principio primi libri. Verum tamen hystoria videtur intrica
ta propter duos fratres. scilicet Seleucum et antiochum epipha
nẽ et eorum posteros: qui se mutuo expulerunt de regio guer
ra inter eos quasi impacabili commota. Ad evidentiam
igitur hystorie aliquid est hic præmittendum de dicti regni
successione. Sciendum igitur quod post mortem Alexandri
magni: eius monarchia in quatuor regna fuit diuisa. scilicet
macedonie: asie. egypti et syrie: sicut Damianus. viij. fuerat p
phetatum sed de duobus primis regnis non fit mentio in
primo machabeorum libro: sed procedit secundum processum re
gni syrie: quod multum iudeam afflictit: resistens pro
ut poterant machabeis et aliqua de regno egypti occasio
naliter interponam. Sciendum igitur quod mortuo alexan
dro magno primus regnavit in syria seleucus et alij qua
tuor post ipsum: et sextus fuit Antiochus magnus qui duos
habuit filios. scilicet seleucum philopatorẽ: qui sibi suc
cessit in regno tanquam primogenitus et antiochum epipha
nẽ qui traditus fuit romanis obses: et audita morte pa
tris et inertia seleuci sui fratris: venit in syriam: et ab ali
quis civitatibus receptus fuit: et tandem syrie regnum ob
tinuit. propter quod inter posteros eius et posteros fratris
sui de syrie regno fuit longa concertatio: et aliquando præ
valebat una pars: aliquando vero altera: et syria de una po
steritate ad aliam transibat: ut patet in figura in pagina
sequenti posita. in cuius summitate ponitur Antiochus
magnus: et eius duo filij in duobus lateribus descendo:
et sub eis eorum posteri. Processus vero regni incipiendo
ab Antiocho magno de posteritate unius filij ad alteri
um vel ad alium successores patet in linea transversali de
mimo facta. Et ad maiorem evidentiam super quemlibet
successivum regnum obtinentes posui literas alphabeti secundum
processum ordinem dicti regni. Et quoniam de summis sa
cerdotibus iudeorum in libris machabeorum est mentio
ideo sciendum quod iacobus alexandri tempore fuit sacerdos
summus: post eum onyas sub quo Ptolomeus soter rex
egypti multos iudeos captivavit post eum symon iustus
deinde eleazarus frater eius. deinde onyas Symonis iu
sti filius: qui usque tunc fuerat puer: post eum Symon filius
eius deinde onyas filius eius tempore antiochi magni et
seleuci eius filij: cuius tempore heliodorus ad spoliandum
erarium in hierusalem fuit missus: et hic onyas secundum Iosephu
libro duodecimo antiquitatis iudaice capitulo. vij. ha
buit duos fratres. scilicet iasonem et menelaum: qui successi
ve licet usurpativè tenuerunt summum sacerdotium: qui
bus successit alchimus per institutionem violentam antio
chi epiphanis quia non erat de linea sacerdotali licet de
scendisset ab aaron: ut habetur infra capitulo. vij. et tunc
sacerdotium devenit ad machabeos: qui Antiocho regi et
eius factis quantum poterant resistebant. Habebant eti
am ibi aliquid iuris. Nam matathias pater eorum descen
derat de illis. xvij. quos david instituerat ad deseruien
dum templo domini per vices suas: primo paralyo. Et
quia huius primi et secundi machabeorum maior est aucto
ritas quam iosephi: cum ab ecclesia recepti sint ad legendum
ideo non est dimittendus textus propter iosephum: sed ma
gis econverso. Secundo vero libro. iij. cap. dicitur expres
se quod iason fuit frater onyæ: et quod menelaus et lysimachus fue
runt fratres symonis prepositi templi et de tribu beniamin
sicut et iste symon: ut habetur secundo libro capitulo. iij.
De alchimus vero habetur secundo libro. xij. capitulo quod fu

erat summus sacerdos tempore Antiochi epiphanis: et
eiectionis fuit inde: eo quod ritu gentilium fuerat inquinatus
quem tamen restituit demetrius seleuci: ut habetur ibi.
et septimo capitulo primi libri: et ideo secundum textum in
tendo exponere libros machabeorum.

Sequitur figura regum cum suis affinibus.



Per figuram igitur prepositam patet processus ve
gni syrie quantum ad principes qui iudeorum populum
afflixerunt. Divisio tamen libri accipienda est secundum du
ces qui populum israel liberaverunt: tamen liber totalis
primo in duas partes dividitur secundum duos libros primos